

βουκολική τομή / bucolice tome (ptome, caesura, incisio)

APP. DION. 329. 17 sqq. τομαί εἰσι τοῦ στίχου πέντε· πενθημιμερής, ἐφθημιμερής, τρίτη τροχαική, τετάρτη τροχαική, καὶ πέμπτη βουκολική ... 330. 7 sqq. πέμπτη βουκολική ἐστίν, ὅταν μετὰ τέσσαρας πόδας εὐρεθῆ συλλαβὴ ἀπαρτίζουσα εἰς τέλειον μέρος λόγου, οἶον· ([Hom.] *Il.* III 308)

Ζεὺς μὲν που τό γε οἶδε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι.

ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα βουκολική, ἣ οἱ τὰ βουκολικὰ συγγραψάμενοι <κέχρηται>.

ANON. *de hex.* 352. 9 sqq. τομαί τῶν στίχων εἰσὶ τέσσαρες, πενθημιμερής, ἐφθημιμερής, τρίτη τροχαική, τετάρτη βουκολική ... 21 sqq. τετάρτη δὲ βουκολική ἐστίν, ὅταν ὁ τέταρτος πούς δάκτυλος ὦν ἀπαρτίζη εἰς μέρος λόγου, ὡς ἐν τῷ· ([Hom.] *Il.* I 11)

οὐνεκα τὸν Χρῦσιν ἠτίμασεν ἀρητῆρα.

βουκολική δὲ κέκληται, παρ' ὅσον οἱ τὰ βουκολικὰ ποιήματα γράψαντες ταύτην κέχρηται [τῆ φωνῆ].

ANON. *de hex.* 353. 15 sqq. τὴν δὲ κατὰ τὸν τέταρτον πόδα τομὴν οὐκ ἀποστρέφεται, ὅταν πλείω μέρη λόγου στίχῳ συνδέδεται. τούτῳ τῷ μέτρῳ συμπίπτει καὶ τὰ βουκολικὰ καλούμενα, ἐὰν εἰς τέταρτον πόδα δακτυλικὸν ἀπαρτίζηται. παραιτεῖσθαι δὲ καὶ πέμπτον εἶναι σπονδεῖον, ὅτι πᾶν μέτρον παραλήγεσθαι βούλεται τῷ οἰκείῳ ποδί, οὗ καὶ ἐπώνυμόν ἐστι, μάλιστα ὅταν ἀπαρτίζηται μέρος λόγου ἐν αὐτῷ, ὡς ἐν ἐκείνῳ· ([Hom.] *Od.* XIV 239)

ἦεν ἀνήνασθαι, χαλεπὴ δ' ἔχε δήμου φῆμις.

καὶ γὰρ τῆ ἀκοῇ αὐτόθεν προσπίπτει τὸ κεχηνὸς τοῦ ἔπους, εἰ καὶ σπονδεῖός ἐστι, ἀλλ' ἦττον λυπεῖ, ὅταν τῷ ἐξῆς συνῆπται ποδί.

ANON. AMBR. 216. 4 sqq. τετάρτη δὲ ὑπάρχει βουκολική (*scil.* τομή) ἢ ἔχουσα τὸ νόημα εἰς τέταρτον πόδα πάντως ἀπαρτιζόμενον, οἶον· ([Hom.] *Il.* I 50)

οὐρήας μὲν πρῶτον ἐπώχετο,

καὶ πάλιν· ([Hom.] *Il.* I 44)

βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρῆνων.

ταύτη δὲ τῆ τομῆ πάντες οἱ τὰ βουκολικὰ ποιήματα γράψαντες ὡς ἐπὶ τὸ πλείστον χρησάμενοι φαίνονται· ὅθεν καὶ τὴν κλήσιν ἢ τομὴ ταύτην ἐδέξατο, ἀπὸ τῶν χρησαμένων τὴν προσηγορίαν λαβοῦσα.

ARTHON. GL VI 65. 29 sqq. non numquam autem evenit ut in eodem versu plures incisiones, id est penthemimeren et hephthemimeren et eam quae quarto <pede> [caesura] partem orationis terminat, quam bucolicen Graeci dicunt, reperiamus, ut: (Verg. *Aen.* I 1)

arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris.

nam 'iae qui', pes in versu quartus, eam divisionem explicat, quam bucolicen vocari dictum est, sub qua <quattuor> pedum percussione sensus impletur. nam bucolici metri haec lex est, quam per omne opus sui carminis Theocritus Syracusanus observat exceptis paucis versiculis, de quibus in processu dicemus.

ARTHON. GL VI 114. 11 sqq. sed ut ad propositum versus hexametri ordinem redeam, decurso pentametro heroico consequens est tetrametrum eius inducere, quem Archilochus divulgum ab hexametro heroico ad epodum convertens satis

acceptam auribus rem commentus est ... 17 sqq. ergo tetrameter sive versus sive hexametri heroi tome tertia — nam post duas incisiones eius proprias, id est penthemimeren et hephthemimeren, tertia est ea quam βουκολικήν appellant, quae quarto pede semper sensum claudente distinguitur ideoque a Graecis sic appellatur, quod bucolici carminis haec lex sit, ut versus eius ea observatione formetur, ut ante duos ultimos quarto pede terminet aut partem orationis aut sensum, quam legem per omne opus sui carminis Theocritus Syracusanus exceptis tribus aut quattuor ferme versibus, e quibus sunt: (1. 28)

ἀμφῶες νεοτευχῆς ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον

et: (1. 39)

τοῖς δὲ μέτα γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται,

custodit: at noster Maro haud ita, quod utrum scrupulosum an supervacuum duxerit, ipse norit. quod Graeci sanxerunt, ne pars orationis aut sermo integer ullo verbi discidio interveniente seiungeretur, tamquam (Verg. *buc.* 7. 1) 'forte sub arguta consederat' tetrametrus; sequitur 'ilice Daphnis': hoc comma dime-trum epicum nuncuparunt. item (Verg. *buc.* 2. 6) 'ο crudelis Alexi nihil mea', dehinc 'carmina curas'. unde intellegi datur bucolicum carmen seu metrum ex tetrametri <et dimetri> versus copulatione subsistere.

[MAX. VICTOR.] GL VI 240. 2 sq. caesurae sunt IIII, penthemimeris, hephthemimeris, cata triton trochaeon, bucolice tome ... 8 sqq. bucolice tome ornatus causa addita, ubi duo versus in uno inveniuntur, ut est illud: (Verg. *buc.* 3. 1)

dic mihi Damoeta cuium pecus? an Meliboei?

AVSON. ep. 12. 82 sqq.

notos fingo tibi poeta versus,
quos scis hendecasyllabos vocari.
set nescis modulibus tribus moveri.
istos conposuit Phalaecus olim,
qui penthemimeren habent priorem
et post semipedem duos iambos;
sunt quos hexametri creant revulsi,
ut penthemimeres prior locetur,
tum quod bucolice tome relinquit.
sunt et quos generat puella Sappho:
quos primus regit hippius secundus,
ut cludat choriambon antibacchus.

[SERG.] GL IV 523. 11 sqq. fit enim in versu caesura, quae dicitur penthemimeres vel hephthemimeres, quae fit in quinta syllaba vel septima. nam heroi versus quinque sunt, ut perhibent, caesurae, penthemimeres, hephthemimeres, cata triton trochaeon, cata tetarton trochaeon, bucolice. sed duae priores frequentantur: nam illae tres aut interdum aut difficile.

IVL. SEVER. GL VI 645. 25 sqq. caesurae versuum sunt quattuor, id est penthemimeres, hephthemimeres, tritos trochaeos, tetarte bucolicon ... 30 sqq. tetarte bucolicon fit, cum in quarta regione pars orationis cum fine sensus

dactylo terminatur, his exemplis: (Verg. *Aen.* IV 13)
 degeneres animos timor arguit, heu quibus ille,
 (Verg. *Aen.* I 664)

nate, meae vires, mea magna potentia solus.

sed ex his quattuor caesuris duae primae ad legem scandendorum versuum sunt dicatae, ceterae vero duae posteriorum technicorum iudicio sunt omissae.

AVDAX GL VII 333. 3 sqq. quid caesura? caesurae, quibus per scansionem versus praecidi noscuntur, quattuor sunt, id est penthemimeres, hephthemimeres, cata triton trochaeon, bucolice tome. quae ex his quo loco ponuntur edicito ... 15 sqq. tetarte bucolice fit, cum in quarto dactylo similiter accidit: huius exempla: (Ter. Maur. GL VI 376. 1701)

quae pax longa remiserat arma novare parabant,

(Verg. *buc.* 7. 33)

sinum lactis et haec <te> liba Priape quotannis.

PRISC. GL III 460. 12 sqq. per cola divisio separat integras partes orationis, per pedes vero secundum metri rationem, et per commata similiter. commata autem sunt tria, tertia trochaica, semiquinaria et semiseptenaria. quarta enim bucolica magis passio est, sicut hemiepes et quarta trochaica et quae inveniuntur per singulos pedes.

IVL. TOL. 223. 28 sqq. quot caesurae accidunt versui dactylico hexametro heroico? quattuor, penthemimeres, hephthemimeres, tritos trochaeos et tetarte bucolicon ... 42 sqq. tetarte bucolicon quid est? cum in quarto dactylo similiter accidit, id est, in ipso quarto dactylo dempta novissima syllaba, et pars et pes trochaeus simul finiatur. da eius exemplum: (Ter. Maur. GL VI 376. 1701)

quae pax longa remiserat, arma novare parabant.

BEDA 117. 23 sqq. nec minus caesurarum intuendus est status, quae et ipsae sunt quattuor, penthemimeris, eptimimeris, cata triton trocheon, bucolice ptomen ... 118. 1 sqq. bucolice ptomen, ubi post quattuor pedes non aliquid remanet, ut: (Sedul. *pasch. carm.* I 34)

semper principium, sceptrum iuge, gloria consors;

et: (Sedul. *pasch. carm.* I 159)

Christus erat panis, Christus petra, Christus in undis.

quae caesura inde nomen habet, quod in bucolicis saepius inveniatur.

FRAGM. BOB. GL VI 623. 14 sqq. sunt praeterea heroi versus, quibus et Homerus et Theocritus facile usi sunt, qui bucolici dicuntur, quorum caesura non penthemimeres nec hephthemimeres, id est in secundo et dimidio vel tertio et dimidio pede, sed in quarto, et finita quidem parte orationis, non, ut in illis, syllaba sequenti parti caesurae ex priore iuncta. huius exemplum est:

dic age, dic mihi, † bove Liburnica qui colis arva.

FRAGM. SANG. GL VI 638. 6 sqq. caesurae heroici versus sunt quinque, penthemimeres, hephthemimeres, cata triton trochaeon, cata tetarton trochaeon, bucolice. sed ex his penthemimeres prior fit, deinde hephthemimeres; reliquae si non sint, nihil interest. [C.P.]